

progenitis heredibus feodum accipientibus theoloneum in Fryberg cum omnibus juribus ac pertinenciis universis, prout actenus ab antiquo existit, justo empconis titulo vendidimus pro octingentis sexagenis grossorum Pragensium et nullominus, cum omnia bona sua sub nostro dominio divertere promiserunt, contulimus ipsis et eorum heredibus ac
 5 omnibus eorum progenitis heredibus feodum accipientibus perpetue hereditatis nomine possidendum. Quam quidem summam pecunie prefatam nobis partim in prompto et partim in debitis ac dampnis nobis fideliter serviendo contractis perceptis rite computando utiliter persolverunt. Ceterum cum in percipiendo dictum theoloneum alii furtive alii quidem temere evadere nituntur, ipsis et eorum servitoribus ad hoc deputatis, ut vim vi
 10 repellere possint, dantes liberam voluntatem, ut gladios fixoria ac defendicula mansweta valeant empconis nomine portare, mandato civium si fieri super hoc contingeret non obstante^a). Presentibus testibus nobiles viris nobis sincere dilectis Heinrico de Honsteyn domino in Sundirßhußin, Theod[erico] de Honsteyn domino in Honsteyn, Heinrico de Swarczburg domino in Arnstete comitibus nec non fidelibus nostris Petro dicto Porezk
 15 nostro marschalko, Góczkone dicto Schindekopff curie nostre magistro, Johanne de Ysenberg prothonotario nostro ceterisque pluribus fide dignis. Actum et datum Wartberg sub anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo tricesimo sexto in die sancti Georgii.

85.

*Rathmannen und Geschworne urkunden, daß dem Pleban Hermann zu Lichtenberg ein Erbe daselbst
 20 von dem Meister des Hospitales zu St. Johannes gegen jährliche Geld- und Getreidezinsen und unter der Bedingung, daß das Erbe nach dem Tode des Pfarrers an das Hospital fallen solle, auf Lebenszeit übertragen worden sei.*

1340 Oct. 14.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das Officialatssiegel (wie an No. 72) und das am Rande scharlhafte
 Stadtsiegel (Fig. 2) an Pergamentstreifen; für das fehlende Archidiaconatssiegel sind Einschnitte im Perg. vorhanden.*

25 *Ann.: Vergl. No. 59, 90.*

Nos consules et jurati in Vriberch recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod discretus homo dominus | Hermannus plebanus in Lichtinberch non vi nec metu compulsus sed matura habita deliberacione unam hereditatem in villa Lichtinberg directe contra ecclesiam sitam habendam tenendam et colendam quamdiu advixerit
 30 pro antiquo | censu videlicet decem et septem solidis Vribergensium denariorum veteris monete aut pro quadraginta grossis cum octo hellensibus nove Vribergensis vel Bohemicalis monete census annui super festo quolibet beate Waltpurgis partem et super quolibet festo beati Michaelis partem persolvendis, nichilominus pro novem modiis annone decimalis videlicet tribus modiis siliginis tribus ordeï et tribus avene super festo beati
 35 Martini revoluto eujuslibet anni curriculo tribuendis, a magistro hospitalis sancti Johannis in Vriberg vice et nomine ipsius hospitalis collacionis tytulo dinoscitur suscepisse,

84. a) Vergl. den Anfang von Cap. 40 des Stadtrechts, wo dem Zöllner das Tragen von Waffen ohne ausdrückliche Erlaubnis des Rathes untersagt wird (Schott Samml. zu den deutschen Land- und Stadtrechten 3, 269).